

Communio

Lec. 81. **P**ax + domini sit + sem
 Eternalis in spei certitudine
 Cordis in puritate cōscientie
 Tempis in p̄turbationū moderatione.
 ad fructuose sumendū chorus respondet eadem
 excellentissimū sacra- imprecans sacerdoti.
 mentum.

per vobis cū Et cū spū tuo

Post aptationē sacramenti per eius diuisionem ad
 sumptionē. Sequit̄ vnio participantū per pacis impetra-
 tionē. Et p̄mo optat̄ cōmunicaturis pacē. Sc̄do ad signifi-
 candum pacis vnionē p̄ticulam mittit in calicem. ibi (Hec
 sacrosancta). Tertio vt optatio pacis sortiat̄ effectum fun-
 dit ad xpm̄ p̄cem. ibi (Agnus dei). Quo ad p̄mū pacis
 necessaria est vt sacramentū fructuose sumatur. Nam in pa-
 ce factus est locus eius. Deniqz deus est deus pacis ⁊ dile-
 ctionis. Pax nostra que fecit vtraqz vnum. veniens pacem
 per angelos nunciauit. pacem p̄dicauit. Pacem abiens suis
 discipulis reliquit. eosqz pacem p̄dicare misit. Est autem
 pax hominis triplex ad deum. ad seipm̄. et ad primum. Pax
 hominis ad deū est ordinata hominis ad deū in fide sub eterna
 lege obedientia. Et hac oritur pax hominis ad seipm̄ et ad
 primum. Nam pax hoīs ad seipm̄ est ordinata cognitiōis
 actionisqz cōsensio. vt qd̄ recta ratio dicitur. efficaciter volū-
 tas impet. ex quo sequit̄ actio ordinata. Hec cōsensio viriū
 anime cognitiue appetitiue et executiue siue motiue. ordina-
 ta. nō est. si nō stat sub obedientia legis eterne. Nam quisqz
 ab hac lege declinat. errat. Vñ ad hoc tota hominis intentio
 tendat vt legē dei que est lex eterna cognoscat. ⁊ p̄m eā acti-
 ones suas. vitā moreqz cōponat. Pax ad primum est cū oī-
 boie ordiata p̄cordia. vt sc̄z nulli noceat. et cū possit p̄ficiat.
 Que similiter tūc est ordinata dū regulat̄ eterne legis obedie-
 tia. Nam est triplex pax inordinata ⁊ mala. p̄dictis p̄traria.
 ad dyabolū. ad seipm̄. ad primum. q̄ est cōsensio cū hīs cōtra
 legem dei. Aliter etiam assignant̄ species pacis que sunt

ad sacramentū
 fructuose sumē
 vnio participantū
 p̄mū ⁊ p̄mū.

pax triplex
 ad deū
 ad seipm̄.

ad 3. primum.